

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Theologiæ Mysticæ, Seu Facilem & practicum modum
Exercitia Spiritualia S.P. Ignatii Loyolae per octiduum faciendi - item
triduanam recollectionem fructosè instituendi complectens, Et
Sacerdotibus Præcipuè, aut de Sacerdotali Statu suscipiendo
deliberantibus accomodata, Una cum ...

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1680

Quæ pro libitu horâ considerationi præfixa usurpari, aut aliis
considerationibus substitui possunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48834](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-48834)

ALIÆ CONSIDERATIONES,

Quæ pro libitu horâ Considerationi
præfixâ usurpari , aut alijs Consideratio-
nibus substitui possunt.

Quia ex una parte varietas, sicut in aliis mate-
rijs, ita & in hac vel maximiè delectat; ex al-
tera verò Librî illi, qui alioqui copiosam pro
Exercitijs Spiritualibus materiam suppeditant, ple-
rumque materiam pro Considerationibus vel omni-
no non præscribunt, vel certè non nisi pauca ver-
bis indicant, ideo ut hac etiam ex parte occurram,
placuit pro varijs animæ necessitatibus & indigen-
tijs varias etiam Considerationes adjungere, non ut
omnes in uno secessu usurpentur, sed ut ex seligan-
tur, quas sibi quisque pro Scopo suo magis proficuas
existimaverit. Imò possunt ex etiam pro subsidio
ad Meditationes de simili materia instituendas ad-
hiberi , aut etiam extra consueta Meditationis &
Considerationis tempora consideratè perlegi & ru-
minari , per easque velut ardentes prunas voluntas
tepidâ ad fervorem, studiūmque perfectionis ac vir-
tutis excitari, & inflammari. Si tamen per modum
Considerationis ordinariæ adhibebuntur, oportet
bit primò examen circa illam virtutem aut vitium,
de quo agitur, institui , & tum demum horum moti-
vorum uti pote valde efficacium ponderatio subjun-
gi ad eum ferè modum , quem in solitudine Hagio-
philæ à P. Paulo Barri observatum videmus.

Infrua. VIII.

T 5

CON.